



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Sherwini mors, n. 32.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

ipse diuerterat) probandum fuisse à se illas esse relictas, si aduersum se quidquam 1581.  
concludi posse arbitraarentur; Merito etiam sermonem de fædere Sancto, &  
ducentis Sacerdotibus (cui le interfusile Cradocus memorabat) ad rumores  
ab huiusmodi hominibus collectos reiecit. His tamen artibus luditur apud  
haereticos, & Politicos, in innocentium sanguine & vita. Eterat, is qui Eliot-  
tum subornarat, Walsinghamus, harum instructor ait ut diligentissimus.

*Parioris Religionis* (telle Cambdeno) assertor acerrimus, rerum occultarum  
indagator solerissimus; qui animos hominum ad res suas adiungere apprimè  
calluit; qua in re cùm nullis lumentibus parceret, quò & animo suo aduersus  
Catholicos infestissimo satisficeret, & apud Reginam, potentiorelq; e auli-  
cos gratiam auceparetur, tantis impensis rem priuitam extenuauit, Ut aere  
alieno oppressus, in tenebris, sine funebri celebritate ad Sancti Pauli Londini  
inhumaretur. Ita qui malis artibus fluxam mundigloriam inlestantur, cùm  
omnium scelerum improbitate excelluerint, moriuntur inglorij. *Campiani*  
virtus, eruditio, industria, constantia, mors atrox Christi causâ fortiter obi-  
ta, viuet omnium gentium nobilitata præconijs, & laurea redimita im-  
mortali.

Camdenus  
Elizabetha  
33.

X XXII. Cuius immortalitatis consortes, *Sherwinum*, & *Briantum*, fas Sherwinus  
non est silentio præterire; quando ille, non tolùm collega Martyrj, sed & qualis.  
itineris in Angliam, & in disceptatione cum heterodoxis in Arce locis, cau-  
sam Religionis inuicto animi robore, rationum iusto pondere, & magna di-  
cendi libertate sustinuerit: *Briantus* duobus annis antequam ex virtute per-  
actata vitam beato sine coronaret, Societatem optarit, & tandem voto se ad-  
strinxerit ingrediendi. *Sherwinus* gradum in Philosophia adeptus Oxonij, &  
inter Seniores (vt vocant) adscriptus, quò attenitus haeresis Schismatisq; fir-  
mamenta intropiciebat, cò fluxa magis, atque male sibi haerentia detegens,  
Duacum le primùm, ruinam fugiens, deinde Romam recepit, ædificium lo-  
lidum in Petralocaturus, & Latinarum, Græcarum que ac Hebraicarum li-  
terarum ornamenti, quibus erat insignis, Philosopherum ac Theologorum  
grauitatem adiuncturus. Anno octogesimo comes itineris additus *Campiano*  
& *Personio*, hæsit aliquamdiu Rhemis, Thomæ Goldwelli Episcopi Assa-  
phenis, qui & ipse trajectio in Angliam meditabatur, rationes lecutus:  
Illo deinde ægritudine ac senio præpedito, evasit hic quidem in Angliam, sed  
non diu indignantium haeticorum vitavit diligentiam: Paucos post menses  
captus, annum integrum acerbitate carcerum tentatus est: Neque enim di-  
cere possum afflictum aut vexatum, quem in ipsiusmet literis lego tam mag-  
nâ perfolum lætitia, vt risum vix teneret quando vinculorum suorum audie-  
bat strepitum, omni musico concentu gratiorem. Non multis vero ante sup-  
plicium diebus scribens ad amicos, "Diu est (inquit) ex quo mortali hoc cor-  
pore exui, & Sancta & gloriola Christi vulnera sedentis in dextera Patris ex-  
oculari sperans, tam magnam animi tranquillitatem experior, vt minimum  
me mortis sententia nuper pronuntiata commouerit, aut vita huius indicta  
breuitas: )

Ribadenei.  
ra. 1. 2c. 33.

1581. breuitas: morti denique proximus, lictoris sanguinolenta à *Campiani* carni-  
ficina manui osculum impressit, & *Iesu* Salvatoris nomen pientissime repetens,  
beatam animam reddidit Creatori.

Brianti stu-  
dia, & Con-  
stantia.

X XXXIII. *Alexander Briantus* Somerſetanus, post studia inferiora do-  
ini decurſa, Philosophicis Oxonij, in Aula, quam à Cerui signo, Ceruinam vo-  
cant, operam dedit, *Richard Holbaco* temporis Profeflorem; qui cùm discipu-  
los ad fidem Catholicam, quam intus colebat, adhortaretur, hunc Rhemos  
præmisit; vbi cæteris imbutus, in patriam reuertit anno eius faculi septuagesi-  
mo nono. Vt ebatur deinde *Personio* familiarissime, vt qui *Personij* Patrem ci-  
uem suum in Ecclesiæ gremium reposuerat. Captus in Aprili anni octogesimi  
primi, in Computorium primum traditus est fame cruciandus: Nam com-  
mentariensi in mandatis datum est, nihil ut ei cibi aut potus præberetur: injec-  
ret verò manus in quemcunque qui ad eum salutandum alicunde accederet: Die-  
rum itaque plurium in diem paſſus, mucidi tandem panis fructulum & paucu-  
lum caſei con-écutus, ſitum aqua de teſto deſcidente, vel acida neglectaque cerui-  
ſia tolerabat. Nimirum diræ crudelitatis adminiftriſ id erat propositum, vt non  
mentis tantum robur, ſi quo modo poſſent, infringerent, fed oris vultuſque  
ſpeciem corrumpent, quam iuuenis viginti octo annorum habebat perele-  
gantem, indicem innocentis animi, atque ad mansuetudinem conciliandamque  
hilaritate gratiam conformatam. Cū verò fruſtra id fieri perſentiferent, amo-  
tum ad arcem Londonensem, iam non fame ſolum ac ſiti, ſed adactis acubis  
ſub manuum pedumque vnguis excaſificant: Tum quoniam nihil hoc  
tormenti genere commotior, animo in Cælum fulpenlo, alacri vultu, Psalmmum  
quinquagesimum promuntiarat, neque quidquam de le fateretur, quicum, aut  
ctius ſumptu vixiſſet: cuius excepiſſet confeſſiones? apud quem ſacrosanctum  
ſacrificium celebraſſet? Aut de *Personio* (cui notum coniiciebat ex loco in quo  
captus) vbi ageret? vbi prælum? vbi libri? qui venditi? qui vendendi ſuperel-  
ſent? Extenuatum in equuleo tantâ contentionē conuellerunt, vt luxatis artuum  
compagibus omnibus, ſine ſenſu, ſine motu, mortuus iaceret. Sequenti tamen  
die rufus eidem admotum cruciamento atrocius lacraueret: Quo de præclaro  
facinore Nortonus quæſtioni præfectus, cùm ſe iactaret in aula, aiebat, pede à  
ſe longiorem factum eſſe *Briantum* quam eum Deus feciſſet. Depositum deinceps  
de equuleo, & vix hærentem neruis, demiflum in foueam, quindecim diebus  
ſolitarium, ſine lumine, in nuda humo reliquerunt; ſtupentibus ipſis tortori-  
bus tantam inter acerbifimos cruciatus constantiam, tantam animi vultuſque  
ſerenitatem, quanquam id etiam dæmonis artibus quam virtuti diuinitus accep-  
ta tribuere maluere, antiquo Ethnicorum more.

Brianti lite-  
ræ ad pp.  
ſocietatis.

XXXIV. At vnde illa omnis alacritas atque robur profluxerit ipsum præ-  
stat audire narrantem ijs in literis quas ad Patres Societatis dedit ē carcere paulo  
ante mortem. Nam poſtequam explicuſſet quibus tenemur omnes vinculis  
ad Deum quaerendum, illiqüe nos offerendum in holocaustum, inueniri antem  
Deum vbi duo vel tres congregati eſſent in eius nomine; atque in huiusmodi  
congre-